

logo locorum. Synopsin D. Bart-
 schius meus ad me retulit, causatus
 excudi non posse, nisi etiamnum a-
 liter describatur: prætereaque inu-
 tilem juventuti, nisi explanetur: fa-
 cturus, nisi fallor, idem Euclidi, Pap-
 po, Apollonio, Alhazeni. Nam im-
 patiens est lector talium. Possit, si
 vellet, me absente excudere in Ty-
 pographico Saganensi. Sed puto,
 meum expectant reditum. Gratam
 amplector hospitalitatem tuam.
 DEUS vos tueatur, patriæ meæ mise-
 ræ misereatur. Nulla conditio,
 quamvis longinqua, hac rerum hu-
 manarum incertitudine est repudi-
 anda. De Ludovico filio quid scribā
 non habeo. Nihil ille à me nupe-
 ris literis petiit: & par erat omnino,
 quia conditionem est amplexus, ne
 peteret. Est tamen affecto corpore,
 passus nuper herniam: & oppressa
 Wir-

Wir-